



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 111. Portu-Regiensis Asceterii destructio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

§. CXI.

*Portu - Regiensis Asceterii de-  
structio.*

*Dupin Hist. Eccl. tom. 4. pag. 396. Abregé de l'Hist. Eccl. t. II. p. 463.*

Quantumvis nec summus Pontifex nec Franciæ Episcopi Bullam *Vineam Domini* a fidelibus suo christographo signari peterent, nihilominus Parisiensis Archiepiscopus Noailles Moniales Portus Regii de Campis, intra præfixum terminum Pontificæ Constitutioni subscriberent, adegit. Peruere Moniales, adjecta tamen sequenti restrictione: dummodo id eis, quæ sibi per Clementis IX. pacem indulta fuissent, non derogaret. Verum Regii Ministri hanc ipsam conditionem in deterius referrebant, eoque sine a Monialibus acceptam dicebant, ut debitum obsequium eludere possent: Jam tum eas quodam dianæ æmulatorum injuriæ fodicare ceperant, ac præprimis die vigesima prima Aprilis Regii Senatus decretis eidem rursus interdictum, ne Conventus victores aut Novitias reciperent: Per opportuna etiam earum inimicis acciderat Porturegiensium Monialium in Parisiensi Asceterio degentium exprobratio, qua hæc edictum anno prioris sæculi sexagesimo nono die decima tertia Maij emanatum, quo ipsarum

*Vid. supra l. 204. §. 75. p. 637. t. 62.*



Monasterium & bona dividebantur, re-  
 vocari, *titulum Abbatiae Portus - Regii*  
*de Campis* supprimi, hancque domum  
 cum Portu - Regiensi Abbatia Parisiensi  
 denuo uniri petebant. Harum peti-  
 tioni suffragabatur ipsemet Ludovi-  
 cus XIV. Galliarum Rex, qui re ad  
 Papam delata biennio post die vigesi-  
 ma septima Martii ab eodem literas ac-  
 cepit, quibus Papa Portum - Regium  
 de Campis velut *haeresis nidum* decla-  
 rans, hanc domum, quæ Jansenistarum  
 arx ac propugnaculum erat, supprimi  
 indulgit: Ejusdem quoque tenoris e-  
 dictum Rex die decima quarta No-  
 vembris promulgari jussit. Interim  
 Noaillius Parisiensis Archiepiscopus  
 hisce Monialibus Sacramentorum usu  
 interdixit, eoquod Clementis XI. Con-  
 stitutioni pure ac simpliciter subscri-  
 bere & Parisiensi Abbatissæ obedi-  
 tiam præstare renuissent. Paulopost  
 Le Noir seu Niger a S. Claudio Regii  
 Parlamenti Advocatus, qui solitudinis  
 amore ad Portum - Regium, quem *ve-*  
*ritatis asyllum* appellitabat, secessit, ad  
 Bastillæ carceres raptabatur, eoquod  
 harum Monialium causam tutatus  
 fuisset: postea urgente P. Telliero, qui  
 Patri de la Chaise in Regii Confessarii  
 munere successerat, Argensonius rerum  
 capitalium Prætor die vigesima nova  
*Hist. Eccles. Tom. LXVII. Ee Octo-*

Sæc. XVII.  
 A. C. 1705.



Sæc. XVII. Octobris unacum trecentis satellitibus  
A. C. 1706. hanc domum accessit, cunctasque Mo-  
 niales, quarum quindecim erant choro  
 deputatæ, & septem, ut vocant, *con-*  
*versæ*, curribus impositas in varia regni  
 monasteria distribui, & SS. Sacramen-  
 tum, sacrasque reliquias per Archie-  
 scopi Sacellanum auferri iussit. Post  
 peractis Prætor de mandati Regii ex-  
 ecutione rationem Ludovico Regi præ-  
 didit, Castello - Raynaldia vero Pa-  
 siensis Portus Abbatissa monasterium  
 cum suis ingressa reliquam suppellectilem  
 distrahi præcepit, ac die vigesima  
 secunda Januarii anno hujus sæculi de-  
 cimo Regii Senatus edictum obtinuit,  
 vi cuius Ecclesie, vicinæque ædes, In-  
 fenitarum reseptacula, solo æquarentur,  
 quod etiam mira obsequendi voluntate  
 paulopost effectui datum est; Monumenta  
 vero hinc inde dispersæ (exceptis in-  
 bus) pure ac simpliciter formulæ.  
 Constitutioni Pontificiæ postmodum  
 subscriperunt. Ita demum hic Cas-  
 peltris Portus Regius, quin lapis super  
 lapidem remaneret, destructus est, &  
 quod ejus fundamentum super Janu-  
 nianæ corruptionis arenam possum  
 fuisset, illiusque incolæ a Portu - Pa-  
 siensibus Doctoribus eo confugientibus  
 sub pietatis obtentu seductæ angularem  
 lapidem Apostolicæ veritatis reproba-  
 rent.